Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift



moxq; egressus ad terram inuitauit ad prandium. et inter pranden
dum tercio petrum an se amaret interrogauit. ac tercio amo
rem confitenti quia ter eum negauerat ei tercio pascendas oues
suas commisit. ac deinde quia per earundem ouium id est animarum
fidelium cura pastorali usq; ad martyrium crucis esset peruen
turus intimauit dicens. Amen amen dico tibi. cum esses iunior cinge
bas te et ambulabas ubi uolebas. cum autem senueris exten
des manus tuas et alius te cinget et ducet quo non uis. In manu x.i.
um extensione designauit quod per mortem crucis martyrio
coronandus. in cinctione alterius. quod uinciendus a persecutore.
in ductu quo non uellet. quod tormenta passionis contra uolun
tatem esset passurus humane fragilitatis. Sed ne grauis forte
uideretur petro predicta a domino passio crucis. hanc suo confestim
lenire curauit exemplo. ut cruciatum martyrii eo lenius
ferret. quo se meminisset simile suo redemptori mortis accipere
sententiam. Postquam enim significauit ei qua morte clarificaturus
esset dominum. protinus adiungit quod in huius capite lectionis audiuimus.
Et dicit ei. Sequere me. Ac si aperte dicat. Quia ipse pro tua re
demptione crucis supplicium subire non timui. cur tu pro mei
confessione nominis crucem pati formides. qui eo gloriosiore
martyrii palma clarificaberis. quod in hac promerenda magis
triter sequeris. Iam uero ab euangelista non subditur quod post hec dicta x.ii.
dominus et discipuli fecerint. sed ex eo tamen innuitur quod subiungitur.
Conuersus petrus. uidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem.
Patet nanque. quia cum dixisset petro sequere me. idem crucem pati
endo imitare. surrexit de loco conuiuii et abire iam cepit.
Secutus est autem eum petrus et iam incessu pedum cupiens implere quod
audiuit sequere me. secutus est et ille discipulus quem diligebat ihesus.
Neque enim arcendum se a consectatu christi putabat. qui non minore se gratia
dilectionis a christo complexum nouerat. Neque enim incredibile est ideo
utrumque discipulum corporali gressu uestigia domini secutum. quia